



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

81. In nomine Jesu omne genu flectatur c[a]elestium, terrestrium &  
infernorum, & varia de nomine Jesu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

## SYMBOLUM 81.

*In nomine Jesu omne genu flectatur; caelestium, terrestrium, & infernorum. Philip. 2.*

**I**Nter adorando curvetur nomine J E S U  
Omne vel Aligerum, Terrigenumve genu.  
Plaudite Terricolæ, quibus orci vincla refringit,  
Orcicolæ credunt, cumquæ tremore, colunt.

O Trias ! hoc cunctis sit amori, sitquæ saluti

(a) A Te, nomen, Jo. ! quod super omne, datum.

(a) Cur nomen J E S U S magis soleamus honorare, quàm nomen Deus? quia Deus significat Deum, quæ Dominus & Creator est, J E S U S significat Deum, seu suppositum divinum, quæ Salvator & Redemptor est; nihil autem nasci profuit nisi redimi protuisset, canit ecclesia in benedictione cerei paschalis. Ex S. Greg. in pastor. Et ideo etiam nomen J E S U S in vanum sumere, majus peccatum est. vide de hoc Abul. eruditè scribentem in Exod 20. q. 7.

N. 2. Christi sunt præcipua tria nomina. Emanuël, Christus, J E S U S. Emanuël, est idem, quod nobiscum Deus, id est, Deus cum naturâ nostrâ humanâ, quod est in Christo. Christus, est nomen signans Regem, Sacerdotem, prophetam. J E S U S est idem, quod Messias, Salvator. Nullum autem ex ipsis ita proprium ac personale est Verbo Incarnato, ac nomen J E S U S. Vide Abul. in Matt. 1. q. 60.

(a) Quærit Abul. quare majoris reverentia sit nomen J E S U S, quàm nomen Deus, & respondet primo loco penult. cit. quia sic in privilegium datum est a totâ S. Trinit. lege etiam quæ diximus de hoc alibi : p. 26.

## SYMBOLUM 82.

*Sobriè, justè, piè vivendum. Tit. 2.*

**A**Rs benè vivendi, quâ vita perennis aditur,  
Paulino verbis manat ab ore tribus.

Justitiæ leges cum sobrietate teneto,

(a) Vive alijs justè, sobrius esto tibi.

Tertia